



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 52. Collatio Lugdunensis cum Arianis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI.

A. C. 501.

§. LII.

Collatio Lugdunensis cum Arianis.

Coll. ep. to.
4. Conc. p.
1318. to. 5.
Spicil. p.
110.

Martyr.
Uward. 2.
Sept.

Sancti Remigii Exemplum Clodoveo ad Fidem converso Idolorum Aras ubique destruentis, & Miraculorum multitudinem Christi Religionem mire dilatantis multos Episcopos excitavit, ut convenirent, & Arianos ad unitatem reducere conarentur. Ne autem Res ex composito agi videretur, Stephanus Episcopus Lugdunensis ad celebrandum S. Justi Festum, quod prope erat, nempe secunda die Sept. Collegas suos invitavit. Multi, atque inter illos S. Avitus Viennensis, Frater ejus Apollinaris Valentinus, Eonius Arelatensis, venerunt. Omnes simul Gundebaldum, tunc Salviniaci versantem, adierunt, & ad salutandum Regem admissi sunt, ringentibus non nullis, quorum major in aula erat Auctoritas, Arianis. S. Avitus, cui cœteri decedebant, etiamsi nec tempore nec Dignitate potior esset, Regem affatus, petiit, ut ad procurandam pacem publice cum Arianis colloqui liceret.

Respondit Rex: *Si veram tenetis fidem, cur Episcopi vestri Regem Francorum non cobibent, ne mihi bellum inferat, seque hostibus meis jungat, ut afferat perniciem. Per veram Fidem non licet rem alterius concupiscere, & cædes cædibus miscere.*
Osten-

Ostendat Fidem operibus! S. Avitus di-
 xit: *nescimus, Rex! quæ Regi Francorum*
bellandi causæ sint. Sed ex Scriptura
discimus, sæpe ob neglectam Religionem
Regna everti. Redi cum populo tuo sub
Legem Dei, Dei amicus sis, & Pacem cum
omnibus hominibus habebis. Dixit Rex:
Quia tres Deos colere nolo, dicis, quod Le-
gem Dei non profitear? non legi in Scri-
ptura plures, sed unum dari Deum. S. Avi-
tus respondit: absit a nobis, Rex! ut plu-
res Deos adoremus. Sed Deus hic unus in
Essentia existit in tribus Personis. Fi-
lius, & Spiritus S. non sunt alii Dii, sed
idem Deus. Tum cœpit ei explicare Fi-
dem Catholicam, vidensque, quod be-
nevole auscultaret, addidit: utinam, si-
cut perspicaci vales ingenio, agnoscere
velles, quam solido Fides nostra funda-
mento nitatur! quanta inde nobis bona,
quanta populo tuo evenirent! nunc au-
tem, cum Subditi tui Jesu Christi ini-
mici sint, iram Dei in te accersunt. Mu-
taretur rerum facies, si nos audires, &
Episcopis tuis præciperes, ut publice no-
biscum super Fide conferant. Hæc dicens
 ad pedes Regis procidit, eosque ample-
 xus amare flebat. Simul cum eo om-
 nes Episcopi in terram se demiserunt.
 Rex valde commotus prostratos erexit,
 promisitque lenibus verbis, se responsum
 daturum.

Hist. Eccles. Tom. VII.

L. Alte-

Sæculum VI.
A. C. 501.To. 4. Conc.
p. 1319.

Sæculum VI. Altera statim die reversus Lugdunum
 A.C. 501. Rex, Stephano, & Avito, accersitis, in-
 quit: *Fiet, quod petitis. Volunt Episcopi mei vobis demonstrare, neminem Deo coæternum, & consubstantialem esse posse. Sed nolo, ut hæc coram toto populo agitentur, ne tumultus cieatur. Aderunt tantum Senatores mei, aliique, quos deligam. Vos quoque ex vestris, quos lubebit, eligite, sed numero paucos. Crastina, & in hoc loco, conferetis.* Recesserunt interim Episcopi, ut hæc cæteris nunciarent. Erat dies illa Vigilia S. Justi, & cupiebant quidem certamen differre in diem Festum subsequens, sed tanto bono moram ingerere noluerunt. Id solum decreverunt, ut illam noctem apud Sancti Sepulchrum transigerent, & a Deo, quod optabant, precibus ejus obtinere adniterentur. In illius noctis officio pro more illius temporis recitatae sunt quatuor Lectiones ex Scriptura, duæ ex Veteri Testamento, scilicet ex Lege, & ex Prophetis, duæ ex Novo Testamento, scilicet ex Evangelio, & ex Epistolis. In omnibus autem quatuor Lectionibus occurrerunt textus, de corde Peccatorum indurato mentionem facientes. Crediderunt Episcopi, his Deum ipsis Regis obstinatum animum præmonstrare; hinc inter lacrymas & planctus diem expectabant. Hora a Rege præstituta
 Epis-

Colloquium
 cum Arianis.

v. Mabill. de
 curs. Gall. 2.
 n. 25. p. 1310.

Exod. 7. 3.

Isa. 6. 9.

Matt. 11. 21.

Rom. 2. 4.

Episcopi omnes congregati ad Regiam Sæculum VI.
 iverunt; eos multi Presbyteri, & Diaconi. A. C. 501.
 ni, aliqui etiam Laici Catholici, & inter
 alios Placidus, & Lucanus Optimatum
 præcipui comitabantur. Advenerunt
 etiam Ariani. Cumque omnes con-
 dissest, Rege præsentem, S. Avitus Catho-
 licorum, & Bonifacius Arianorum nomi-
 ne dixit. Initio Bonifacius S. Avitum lo-
 quentem satis, ut videbatur, modeste
 auscultavit; ut vero S. Avito conticen-
 te, ipsum loqui oportuit, perplexas quæ-
 stiones in medium attulit, ceu Principis
 patientiam fatigaturus. Quantumvis
 S. Avitus urgeret, ad nullum argumen-
 tum quidquam respondit, sed convicia
 effutiit; Catholicos veneficiis esse infa-
 mes, & plurimum Deorum Cultores. Rex,
 cum constaret hominem esse perturba-
 tum, e Sede surgens dixit, eum sequen-
 te die ad objecta responsurum. Omnes
 Episcopi discesserunt, & quia bona super-
 erat pars diei, cum cæteris Catholicis
 ad Ecclesiam S. Justi processerunt, actu-
 ri Deo Gratias, quod primo congressu
 superiores evasissent.

Die altera Episcopi rediere ad Re-
 giam, intrantes obvium habuerunt Are-
 didium, nobilem, & notæ calliditatis vi-
 rum, qui licet Catholicam Religionem
 profiteretur, Arianis tamen favebat, ut
 adularetur Regi, cujus consuetudine in-
 tima

Sæculum VI. tima fruebatur. Is Episcopus permovere nitebatur, ut abirent; his rixis concitari plebis animos, nec quidquam emolumenti inde sperandum. Stephanus Episcopus Lugdunensis respondit: *Nil magis ad concordiam animorum facit, quam si noverint homines, qua ex parte stet veritas, semper amabilis, & maxime idonea, quæ sequentibus se omnium animos conciliet.* Tandem adjecit, omnes ex Regis imperio advenisse; itaque Aredius ultra obistere non est ausus. Ipsi intransibus surrexit Rex, ut obviam procederet, stansque inter Stephanum, & Avitum iterum de Rege Francorum conqueritur, dicens, quod Fratris sui animum contra se sollicitaret. Verum quidem erat, Clodoveum cum Godegisilo, qui in aliqua Burgundiæ parte imperabat, & Genevæ sedem habebat, consilia communicare; at Godegisilus Clodoveum concitaverat, ut arma verteret in Gundebaldum, qui fratris perfidiam ignorabat. Episcopi responderunt, ad reducendam Pacem nihil esse efficacius, quam de Fide consentire, & sua obtulerunt officia, tractaturi de pace, si id Rex juberet. His dictis, omnes confedere.

*Greg. Tur.
II. hist. c. 32.*

S. Avitus, ut his, quæ Bonifacius Catholicis objecerat, responderet, ostendit, eos nullatenus plures Deos adorare, idque adeo claris confecit argumentis, ut ipsi

ipſi Ariani virum admirarentur. Boni-Sæculum VI.
facius nihil, niſi convicia cumulare con- A. C. 501.

viciis, tanta vehementia, ut contracta
ravi amplius vocem, quæ intelligi poſ-
ſet, non ederet. Rex cum mora ſatis
longa expectaſſet, ſurrexit, vultu pro-
feſſus, quantum Bonifacio indignaretur.

Tum Avitus ad Regem: *Si tui non ha-* Ariani vin-
berit, quod argumentis noſtris reſpondeant, cuntur.
quid obſtat, quin omnes in eandem Fidem

conſentiamus? Arianis autem muſſitan-
tibus, ſubjunxit ſingulari fiducia: *Si*
Argumentis noſtris convinci non poſſunt,
nullus dubito, quin Deus Veritatem Fidei
noſtræ miraculo confirmaturus ſit. Ju-
be, ut omnes ad Sepulchrum S. Juſti ea-
mus, interrogemus Sanctum ſuper Diſſi-
dio Fidei; & Deus, quod ipſi probatur,
per os Servi ſui pronuntiabit. Rex in-
ſolita S. Viri Religione attonitus videba-
tur annuere; at ſtrepitabant Ariani, di-
centes, nolle ſe ad demonſtrandam Fi-
dem ſuam imitari Saulem reprobum, qui ^{p. 1322.}

Dei vindictam in ſe concitaſſet, dum mu- ^{I. Reg. 28. 12}
lieris venificæ carmina adhibuit; ſatis
ſibi argumentorum eſſe in Scriptura, o-
mnibus Præſtigiis fortiore. Hæc magnis
clamoribus diu ingeminarunt. Rex, qui
jam Sedem reliquerat, Stephani, & A-
viti manum prehendens, in Regium de-
duxit conclave, & utrumque amplexus,
rogat, ut pro ſe ad Deum orarent, per-

Sæculum VI. plexis enim cogitationibus angebatur.
A. C. 501. Multi Ariani conversi post aliquot dierum
 intervallum baptizati sunt. (*)

Greg. II.
 hist. c. 34.

Ipse Gundebaldus, bello, quod adver-
 sus Clodoveum sustinuerat, expeditus,
 cum cognosceret, Hæreticorum argu-
 menta esse admodum infirma, coram S.
 Avito confessus est, Filium Dei, & S. Spi-
 ritum esse æquales Patri, rogavitque, ut
 sibi Unctionem S. Chrysmatis secreto
 conferret. S. Avitus dixit: *Si vere cre-
 dis, serva Præceptum Domini dicentis:
 qui me confessus fuerit coram hominibus,
 confitebor & ego eum coram Patre
 meo. &c. Rex es, nec persecutio tibi ti-
 menda, sicut Apostolis. Populi seditio-
 nem reformidas; imo magis oportet Po-
 pulum exemplum tuum sequi, quam te po-
 puli vecordiam fovere. Deus non irri-
 detur, nec amat Regem, qui ne Regnum
 terrestre amittat, eum coram Mundo con-
 fiteri non audet. Non habuit Rex, quod
 Viro sancto reponeret; nunquam tamen
 misero Principi tantus animi vigor fuit,
 ut Fidem Catholicam palam profiteretur,*

(*) Hic videmus Arianos conversos fuisse ba-
 ptizatos, cum tamen aliunde constet, Arianos si
 ad Ecclesiam Catholicam redirent, non fuisse
 rebaptizatos. Sed verisimile est, istos, de qui-
 bus hic sermo, nunquam Baptismum accepisse,
 sed inter Arianos fuisse Catechumenos.

tur, sed in hac fluctuatione excessit e
vita. Sæculum VI.
A. C. 501.

§. LIII.

*Lis inter Ecclesiam Viennensem, &
Arelatensem.*

Sanctus Avitus ab Anastasio Papa in
Controversia inter se, & Episcopum
Arelatensem obtinuerat Rescriptum, in
quo ejus Jurisdictio in Episcopos vicinos
extendebatur. Eonius Episcopus Are-
latensis Rem ad Symmachum Papam de-
tulit, conquerens, Rescriptum hoc sub-
reptitie contra Canones fuisse impetra-
tum. Symmachus Papa, ne causa non Ep. 2. p. 1292
satis cognita judicaret, utrumque Epis-
copum Arelatensem, & Viennensem,
præstituta die ad se mittere Mandatarios
jubet, qui postulationis suæ argumenta
proferrent. Hæc Epistola tertio Kal.
Nov. post Consulatum Paulini, nempe 30.
Octobr. anno 499. data est. Eonius Ro-
mam misit Presbyterum, nomine Cre-
scentium, qui cum causam exposuisset,
Pontifex judicavit, Anastasium Papam
Provinciam illam perturbasse, mutato an-
tiquo ordine; hinc factum vituperat, di-
cens, cum Sacerdotium sit Res indivisi-
bilis, Successores Antecessorum suorum
Decretis præjudicare non posse, quippe
alias ob levitatis Notam Sacræ Sedi de-
bitam Reverentiam perituram.

Epist. I.